

que juris observandum erit in Judice Delegato. (e)

4. Similiter è diverso, Sæcularis Judex invocare poterit auxilium Ecclesiastici, pro sua sententia exequenda adversus eos, in quos coercionem non habet. (f) 5. Qua in re illud discrimen erit observandum, quod Judex Ecclesiasticus suis censuris, & pœnis spiritualibus compellere poterit Sæcularem Judicem ad sibi exhibendum auxilium, (g) at verò Sæcularis non poterit Ecclesiasticum compellere; sed adire debbit ejus Superiorem, ab eoque petere, ut Judicem Ecclesiasticum Inferiorem cogat, ad præstandum sibi auxilium pro suæ sententiæ executione. (h) 6. Erit & aliud discrimen observandum, nempe, quod quando Sæcularis Judex remittit aliquem reum ad Judicem Ecclesiasticum, vel invocat ejus auxilium pro executione suæ sententiæ, ut in exemplo posito per Alciatum, (i) Ecclesiasticus Judex non tenebitur stare processui factò coram Sæculari; sed de novo debebit cognoscere: (j) in praxi tamen observatur, quòd processus iustus coram Sæculari extrahitur à protocollo Tabellionis Sæcularis, & coram Ecclesiastico producitur ad ejus instructionem in causa: quòd ita faciendum esse consilii omnibus Judicibus Ecclesiasticis Bern. Diaz. (k)

7. Cæterum, quando Judex Ecclesiasticus invocat brachium sæculare pro executione suæ sententiæ in causis civilibus, Sæcularis Judex, alio non requisito, tenetur auxilium exhibere, & sententiam Ecclesiastici exequi, absque eo quòd de ejus iustitia cognoscat; competit tamen sibi illa cognitio, quæ mero Executori datur: (l) ita resolvit Joann. de Imola, (m) & sequitur Aegid. Bosius (n) resolvens, condemnatum saltem citandum esse per Judicem Sæcularem ad videndum, an aliqua exceptio sibi competat ad impediendam, vel moderandam executionem. 8. At verò in causis crimi-

nalibus, quarum cognitio ad Sæcularem spectare possit, ut in criminibus mixti fori, si auxilium Sæcularis petatur à Judice Ecclesiastico, non tenebitur Sæcularis stare processui factò coram Ecclesiastico, nec præstare eidem auxilium; sed ipse de novo poterit cognoscere, & facere, quod sibi fiat fides de processu, ut cognoscat, & intelligat, an sententia iuste lata fuerit: nam tunc Sæcularis in isto casu judicatur, ut in subditum: (o) quòd tamen limitant Panormitanus, & alii DD. (p) quando Judex Ecclesiasticus ipsemet vellet exequi suam sententiam, & pœnis Ecclesiasticis punire, & simpliciter imploraret à Sæculari, ut suam Familiam sibi concederet: nam tunc Sæcularis nullo modo poterit cognoscere, cum non dicatur Executor, sed tantum debeat Familiam accommodare.

10. In criminalibus verò merè Ecclesiasticis, quorum cognitio nullatenus pertinet ad Sæcularem, si auxilium brachii Sæcularis ab Ecclesiastico postuletur, Sæcularis non debet se intrumittere in cognitione illius criminis; sed tenetur exequi sententiam Ecclesiastici, nullo alio quæsito: (q) quòd tamen limitat quatuor modis Alciatus, (r) quam resolutionem existimo veram esse, quamvis Bern. Diaz, (s) & Aviles (t) teneant, Sæcularem cognoscere posse in quocumque crimine de iustitia sententiæ Judicis Ecclesiastici ejus auxilium invocantis, præterquam in crimine hæresis: quidquid Didacus Perez, (u) indistinctè dicat, Sæcularem Judicem debere summarie cognoscere de justificatione præcepti Judicis Ecclesiastici, prius quam auxilium eidem exhibeat. Unde cum Jurisdic-tio Ecclesiastica, & Sæcularis debeant se ad invicem coadjuvare, & in primo Tomo hujus Operis actum sit de forma, & ordine procedendi in Tribunalibus Sæcularibus, opportunè in isto secundo Tomo agemus de modo, & praxi procedendi in Ecclesiastico Foro: qui

(e) Arg. text. in cap. Dilecto, de Sent. excom. in 6. per quem, & alia jura ita tenent Specul. in tit. de Jud. Deleg. §. Sequitur, n. 6. Innoc. Joan. Andræas, Panorm. n. 8. & Fel. n. 2. in cap. Significasti, de Offic. Deleg. & latè Navar. in cap. Cum contingat, remedi. 2. de Reformat. & Aegid. Bosius in Pract. Crim. tit. de For. comp. n. 92. & Avil. in cap. Prætorum, cap. 20. n. 27.
(f) Juxta text. Auth. Sed hodie, Cod. ad Leg. Juliam, de Adult. & facit text. in dict. cap. Dilecto in fin. & tradit Soc. in cap. Cum sit generale, n. 24. de For. comp.
(g) Ut probat text. dict. cap. 11. de Malef.
(h) Secundum Innoc. Panorm. & Alciat. n. 26. & n. 123. in dict. cap. 1. de Offic. Ordin.
(i) In dict. cap. 1. n. 25. de Offic. Ordin.
(j) Secundum communem opinionem DD. ex Dec. in cap. Et si clerici, de Jud. & Thom. Gramm. in Conf. crim. 42. n. 1. & Vivio in lib. Comm. Opin. verb. Judex laicus, & Avil. in cap. Prætorum, cap. 20. n. 20.

(k) In Pract. Crim. Canon. cap. 116.
(l) Juxta nota in leg. 1. Cod. de Fur. & facti. ign.
(m) In dict. cap. 1. col. pen. & antep.
(n) In Pract. Crim. tit. de For. comp. a. n. 87.
(o) Secundum Panorm. in dict. cap. 1. & Alciat. ibi, num. 119.
(p) de Offic. Ordin. per text. in Auth. de Sanctissim. Episcop. Si vero crimen, & resolvit Aegid. Bosius ubi supr. n. 87. & Jul. Clar. lib. 7. Sentent. §. fin. quest. 96. n. 7. & Bern. Diaz in Pract. Crim. cap. 133.
(q) Secundum Alciat. ubi supr. n. 120.
(r) Secundum comm. opin. DD. ex Alciat. in dict. cap. 1. n. 100. & Aegid. Bosius ubi supr. n. 87. & Jul. Clar. in dict. quest. 96. n. 7.
(s) Ubi supr. a. n. 103.
(t) Ubi supr.
(u) In cap. Prætorum, cap. 20. n. 20.
(v) In leg. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. in glos. 3.

sex tantum partibus concluditur: pro quarum omnium elucidatione nonnulla præcludia erunt præmittenda.

EX PRIMO PRÆLUDIO.

SUMMARI A.

1 Jurisdic-tio Ecclesiastica Lege Evangelica mandata fuit Petro, & ejus Successoribus.

2 Jurisdic-tio Ecclesiastica à Pontificibus est commissa propriis Prælati inferioribus privatis; ita ut unus Prælati non possit de alterius subdito cognoscere.

3 Episcopus, sicut non potest alterius subditum ordinare, ita neque judicare.

4 Episcopus quilibet est Superior in sua Diocesi, & Ordinariam habet jurisdictionem, & in quibus casibus, & contra quas personas eam exercere possit, traditur.

5 Prælati inferiores Episcopi possunt ex consuetudine, vel privilegio habere jurisdictionem Ordinariam in Diocesis Episcoporum.

6 Sacerdos habens curam animarum, non habet potestatem excommunicandi suos Parochianos, nisi ex consuetudine sibi competat.

7 Causa Ecclesiastica possunt tractari coram Judicibus Ordinum Militiarum D. Jacob. Alcantara, & Calatrava.

8 Causæ matrimoniales, & criminales propter earum gravitatem solis Episcopi reservantur, & inferioribus Judicibus interdiciuntur, exceptis Judicibus dictarum Ordinum.

9 Jurisdic-tio inferioribus Episcopo competens, competit tantum cumulativè, non etiam privativè, & idè erit locus preventioni.

10 Episcopus potest absolovere excommunicatum ab inferiori jurisdictionem habente.

11 Episcopus servare debet jurisdictionem suis Subditis competentem.

12 Intellectus ad text. in cap. Cum ab Ecclesiariis, de Offic. Ordin.

13 Intellectus regula leg. Non dubium, Cod. de Legib.

14 Archiepiscopus non habet jurisdictionem Ordinariam in Subditis Episcoporum Suffraganeorum, nisi per appellationem causa eorum ad ipsam devolvantur, & in aliis casibus exceptis.

(a) Ut constat Matth. cap. 16. & Joan. cap. fin.
(b) Et in cap. Si Imperator, & ibi glos. verb. Discuti 96. Distinct. & text. in cap. Continua 11. quest. 1. & in cap. Finita 12. quest. 1. & in cap. Quamquam, & ibi glos. verb. Et ipsarum, & verb. Divina, de Conf. lib. 6. & tradunt communiter omnes ex Covarr. in Pract. Quest. cap. 3. n. 1. & Victoria in Relect. de Potest. Eccles. in fin. & Rol. 2

15 Archiepiscopus habet jurisdictionem in suos Episcopos Suffraganeos.

16 Cui plus competit, & quod minus est competere debet.

17 Ordo Ecclesiasticus pervertitur, si uniusque sua jurisdic-tio non observetur.

18 Intellectus ad text. in cap. 2. 9. quest. 3.

19 Archiepiscopus qualiter intelligatur habere jurisdictionem in sua Provincia.

20 Archiepiscopus non potest constituere Officialem Foranum in Diocesis suorum Suffraganeorum, ad cognoscendum de causis per appellationem ad eum devolutis, nisi ex consuetudine hoc jus acquiserit, ut habet Composellanus in Diocesi Salmantina.

21 Praxis, quæ observatur in Diocesi Salmantina circa causas per appellationem ad Composellanum delatas, qualiter procedat.

PRIMUM PRÆLUDIUM.

DE JURISDICTIONE ECCLESIASTICA.

1. Primò erit præmittendum, Ecclesiasticam Jurisdictionem Lege Evangelica mandatam esse B. Petro, & ejus Successoribus, (a) 2. & à Pontificibus commissam esse propriis Prælati inferioribus privatis, omnibus aliis exclusis; ita quòd unus Prælati non possit de subdito alterius Prælati cognoscere, juxta text. in cap. Ita dominus 19. Distinct. (b) & probatur in cap. Nullus II. 9. quest. 2. ubi concluditur, quòd sicut Episcopus non potest alterius subditum ordinare, ita neque judicare, ac idè in Concilio Tridentino (c) prohibetur Proprii Episcopi licentia Pontificalia exercere.

4. Quilibet enim Episcopus in sua Diocesi Superior est, & jurisdictionem Ordinariam habet, (d) Quocirca in sua Diocesi inquirere, & punire potest adulteria, & reliqua scelera suorum subditorum, nedum Clericorum, verumetiam Laicorum, quando essent merè Ecclesiastica, vel mixti fori, vel quando cognosceret ad penitentiam imponendam, & peccatum prohibendum per denunciationem Evangelicam, vel quando delictum esset notorium: tunc enim propter negligentiam Sæcularis Judicis poterit Episcopus cognoscere, ut probat text. sic accipiendus, in dict. cap. 1. de Offic. Ord. (e)

(a) Sess. 6. de Reform. cap. 5. & Sess. 14. de Reform. cap. 2.
(b) Ut probat text. in cap. de Persona 11. quest. 1.
(c) Quem in hunc sensum intelligunt ibi Panorm. n. 6. Imol. n. 5. Barb. n. 66. & Alciat. n. 19.
(d) Valle in conf. 4. n. 3. vol. 1. & in conf. 23. n. 10. vol. 2.
(e) Sess. 6. de Reform. cap. 5. & Sess. 14. de Reform. cap. 2.

& in Concilio Tridentino (f) dicitur, proprium Episcoporum munus esse subditorum omnium vitia redarguere, & in cap. 4. eisdem Sessio- nis conceditur Episcopis potestas corrigendi, & castigandi excessus, & crimina Clericorum (ua- rum Diocesium, quantumque exempti fue- rint.

5. Nonnulli tamen Prælati inferiores Episcopis habent Ordinariam jurisdictionem in Diocesibus Episcoporum ex consuetudine, privilegio, vel alio jure speciali, veluti Abbates, Præpositi, & Priores Ecclesiarum Collegiatarum Regularium, vel Sæcularium, quamvis non sint consecrati, nec benedicti, dummodo sint confirmati, & etiam alii, qui jurisdictionem sibi comparaverunt, (g) qui habent potestatem excommunicandi subditos. (h)

6. Sacerdos tamen habens curam animarum, est *impropiè* Prælati dicitur in cap. *Tua*, de *Clerico agror.* (i) excommunicare non potest suos Parochianos, quia potestas excommunicandi ad contentiosam jurisdictionem spectat, (j) nisi ex consuetudine, vel alio jure speciali talis potestas competat Parocho, juxta text. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*, sic intelligendum: (k) & ista jurisdictione Prælatorum inferiorum Episcopis comprobatur ex Concilio Tridentino, (l) ubi approbantur jurisdictiones Decanorum, Archidiaconorum, & aliorum Inferiorum.

7. Similiter etiam in Ordinibus Militiarum Divi Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ coram propriis Judicibus Ordinum, & non coram Episcopis causæ Clericorum, & merè Ecclesiasticæ, & reliquæ ad Forum Ecclesiasticum pertinentes tractantur. 8. Non tamen poterunt Archidiaconi, Decani, & reliqui Prælati inferiores Episcopis in Diocesibus Episcoporum exercere suam jurisdictionem Ordinariam circa causas matrimoniales, & criminales: nam propter earum gravitatem ad solos Episcopos referun-

tur, & Decanis, & Archidiaconis, & aliis Prælati inferioribus prohibentur, juxta text. in cap. *Visti* 16. quæst. 2. ibi: *Episcopi Sacerdotum placula*, (m) & speciatim *hodie* deciditur ad dict. Concilio Tridentino; (n) & ita in Concilio Supremo Regali declaratum est: quæ tamen declaratio non obtinet in Judicibus prædictarum Ordinum Militarum, ad quos etiam pertinet cognitio causarum gravissimarum.

9. Advertendum etiam est, jurisdictionem competentem in aliqua Diocesi Archidiaconis, Decanis, & reliquis Prælati inferioribus; intelligendam esse, eis competere *cumulative* tantum, non vero *privative* ad exclusionem Episcopis, ad hunc scilicet effectum, ut talis Inferior illa jurisdictione uti possit, sicut Episcopus, & locus sit preventiois, quod probatur in cap. *Per hoc*, de *Heret.* lib. 6. ubi per commissionem cautæ alicui factam in aliqua Diocesi, non censetur derogata jurisdictione Ordinaria Episcopi: facit etiam text. in leg. fin. Cod. de *Jurisdict. omni. jud.* & text. in Auth. de *Defensor. Civit.* in princ. Collat. 3. ubi dicitur, defensorem Civitatis, cui æquiparatur Episcopus, cognoscere posse de causis subditorum, omisis Magistratibus inferioribus.

10. Et hinc constat, veram esse opinionem Glossæ fin. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum* testantis, Episcopum posse abolvere excommunicatum à Prælato inferiori, talemque abolitionem validam esse: (o) quæ opinio procedit, etiam si jurisdictione competat Prælati inferioribus ex præscriptione: nam adhuc eisdem competere censetur *cumulative*, & non *privative*, secundum Joann. Andream: (p) tamen Glossæ i. in cap. *Pastoralis* teneat, excommunicatum à Prælato inferiori non deberi absolvi ab Episcopo, 11. cum Episcopus servare debeat jurisdictionem competentem suis subditis; (q) alioquin, si unicuique sua jurisdictione non servaretur, Ecclesiasticus Ordo confunderetur, ut

pro-

(f) Sess. 14. de Reform. cap. 1. in princ.

(g) Ut probatur in cap. 1. cap. *Ad hoc*, de *Offic. Arch.* & in cap. *Cum ab Ecclesiarum*, & in cap. *Irrefragabili*, de *Offic. Ordin.* & in cap. *Sicut tuus*, de *Sura*. & in cap. *Cum in Ecclesia*, de *Major. & obed.*

(h) Ut probant prædicta *Jura*, & text. in cap. *Transmissam*, cap. *Suffraganeis* Extra de *Elect.* cap. *Duo simul*, de *Offic. Ord.* lib. 6. & in cap. *Cum contingat*, de *For. compet.* firmat Sanct. Thom. in 4. Distinct. 18. Quæst. 2. art. 2. ad 1. Sor. in 4. Distinct. 18. Quæst. 2. Navarr. in *Man. Hispan.* & Latin. cap. 27. n. 5. & Covarr. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 11. n. 1. de *Sentent. excomm.* in 6.

(i) Panorm. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*, n. 1.

(j) Juxta gloss. receptam in dict. cap. *Transmissam*.

(k) Ex Panorm. ibi, n. 1. & in cap. *Duo simul*, de *Offic. Ordin.* tenent Collect. Cardin. & Panorm. n. 10. in cap. *Sacerdos*, de *Offic. Ordin.* & Navar. ubi supr. quamvis Hen-

ricus in dict. cap. *Sacerdos*, aliter distinguit, & Barbac. ibi, n. 49. contendat, Sacerdotem habentem curam animarum excommunicare posse Parochianos.

(l) Sess. 24. de Reform. cap. 20.

(m) Et ita per illum text. firmat Panorm. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*, n. 8.

(n) Sess. 14. de Reform. cap. 20. in verb. *Ad hoc*.

(o) Quam gloss. probant Panorm. Imol. & communiter omnes ibi, idem Panorm. in cap. *Delecti* 3. de *Appell.* & testatur eam communiter receptam Covarr. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 11. num. 3. de *Sentent. excomm.* in 6.

(p) Host. Anton. & Imol. in cap. *Pastoralis*, de *Offic. Ordin.* quorum opinionem in *praxi* observandam, & magis receptam esse, testatur Covarr. ubi supr.

(q) Juxta text. in cap. *Quanto*, de *Execr. Prælat.*

probat text. in cap. *Pervenit* 11. quæst. 1. Et quamvis Panormitanus, (r) & Balbus (s) teneant, jurisdictionem competentem Prælati inferioribus ex præscriptione censi eisdem competere *privative* tantum.

Nec prædictæ communi opinioni obstat text. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*, ubi prohibentur Episcopo conferre abolitionem ab excommunicatione lata à Prælato inferiori; ergo si talis absolutio ab Episcopo conferatur, invalida videbitur, cum sit contra legem prohibentem id fieri: (t) nam respondeo, quod text. in dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum* loquitur de bene esse, tamen *de facto* Episcopus excommunicatum absolvat, licet male faciat, ejus absolutio valida erit, nec ideo censetur nulla, quia facta esset contra prohibitionem dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*: nam quantum prohibito respicit commodum alicujus privati, ut in specie illius text. ubi respicit utilitatem Prælatorum inferiorum, tunc enim factum contra talem prohibitionem bene valet; 13. ceterum quando prohibitio legis respicit commodum publicum, factum contra eam, nullum est: ita intelligitur text. in dict. leg. *Non dubium*, secundum Cardinalem. (u) Vel verius respondeo, quod quando actus gestus contra prohibitionem legis repugnat legi solummodo in *accidentalibus* ipsius actus, & non in *substantialibus*, bene valet, & tenet, secundum Glossam, (x) Baldum, & Paulum in dict. leg. *Non dubium* intelligentes text. ibi, quando actus gestus contra prohibitionem legis repugnat legi in *substantialibus* ipsius actus: unde cum absolutio excommunicationis lata à Prælato inferiori, facta que ab Episcopo, non repugnet in *substantialibus* ejus, cum Episcopus jurisdictionem habeat, ut supra resolvimus, sequitur, talem abolitionem validam esse.

14. Ex supradicta resolutione etiam consequitur, Archiepiscopos non habere jurisdictionem Ordinariam in subditos Episcoporum suorum Suffraganeorum, nisi cause eorum per appellationem ad Archiepiscopos fuerint devolutæ, & in quibusdam casibus exceptis. (y)

Tom. II.

(r) In cap. *Auditis*, col. 2. de *Præscript.* & in dict. cap. *Irrefragabili*, §. *Excessus*, col. 1. & in dict. cap. *Pastoralis*, & ibi Fel. col. 3.

(s) In Tract. de *Præscript.* in 1. part. 5. part. princip. quæst. 11. & Calderin. in cons. 2. de *Præscript.*

(t) Argum. text. in leg. *Non dubium*, Cod. de *Legib.*

(u) In dict. cap. *Cum ab Ecclesiarum*, quæst. 22. & in cap. 1. de *Postulat. Prælat.* quæst. 15.

(x) In Auth. *Decretis*, verb. *Sacramenti*, Cod. de *Recept. arbit.*

(y) Juxta text. & gloss. in cap. *Pastoralis*, de *Offic. Ordin.* & in cap. 2. 9. quæst. 1. & in cap. *Nullus Prælat.* & in cap. *Consequitur* 9. quæst. 3. & in cap. 1. in princ. de *Offic.*

15. Neque obstat, quod Archiepiscopi habent jurisdictionem in Episcopos suos Suffraganeos; (z) sed Episcopi habent jurisdictionem Ordinariam in suos subditos, ut supra resolvimus, ergo videtur, Archiepiscopos habere jurisdictionem in subditos suorum Suffraganeorum, ex regula juris, quæ habet, *quod si vincto vincens te, à fortiori vincam te*, de qua in leg. *Accessionibus*, ff. de *Divers. & temp. præsc.* & in cap. *Auctoritate*, de *Consec. Præb.* in 6. 16. quæ difficultas augeri videtur ex eo, quod *qui competit plus, id, quod minus est, competere debet*; (a) ergo videtur, quod Archiepiscopi habentes jurisdictionem in Episcopos suos Suffraganeos, debeant eam etiam habere in subditos suorum Suffraganeorum: nam respondeo, prædictam regulam juris cessare ex diversitate rationis; 17. licet enim Episcopi subiecti sint suis Archiepiscopis, non tamen subditi Episcoporum subditi Archiepiscopis, ut unicuique sua jurisdictione observetur, & Ordo Ecclesiasticus non confundatur. (b)

18. Non obstat text. in cap. 2. 9. quæst. 3. ubi dicitur, Archiepiscoporum esse Judicem Ordinarium totius sue Provincie; ergo habere videtur jurisdictionem in subditos Suffraganeorum: nam Glossæ (c) tripliciter respondet, ejus responsiones sustineri posse, testatur Cardinialis; (d) tamen Innocentius, quem omnes sequuntur, aliter respondit, scilicet, quod Archiepiscopus habet jurisdictionem Archiepiscopalem in tota sua Provincie, & ita eam visitat, (e) non tamen habet jurisdictionem Episcopalem, nisi in sua Diocesi: neque hoc est inconveniens, nam etiam Episcopus est Ordinarius omnimodæ sue Diocesis, & tamen non est Ordinarius omnimodæ Diocesis, cum non habeat jurisdictionem in exemptos, nec in eos, qui ita bene vivunt, quod neque aliquem conveniunt, nec ipsi conveniuntur: (f) quæ solutio confirmatur ex ratione text. in leg. *Modestinus*, (g) scilicet, quod liberta libertæ mex non est mea liberta, nec Vassallus Vassalli mei est meus Vassallus, ita etiam subditi subditi mei non est meus subditi: quibus accedit Glossæ (h)

Vv

af

Ordin. in 6. & in cap. 1. in princ. & 6. 1. de *For. compet.* in 6. (z) Ut probat text. in dict. cap. *Pastoralis*.

(a) Ut in cap. *Ex parte* 3. de *Decimis*.

(b) Ut in dict. cap. *Pervenit*, & in cap. *Duo*, de *Offic. Ord.*

(c) 2. in dict. cap. *Pastoralis*.

(d) Opposit. 5.

(e) Ut probatur in cap. *Sopite*, de *Censib.* & in cap. 1. eod. tit. in 6. & in Clem. 2. de *Privileg.*

(f) Juxta text. in cap. de *Constantinopolitana* 22. Distinct.

(g) Ubi gloss. & Alc. ff. de *Verb. sign.*

(h) Recepta communiter in cap. 1. verb. *Agant*, de *Offic. Ordin.* in 6.

asserens, Archiepiscopum intra Dioecesim sui Suffraganei non posse conferre ordines subditis sui Suffraganei. (i)

20. Quo fit, Archiepiscopum in Dioecibus suorum Suffraganeorum non posse constituere Officium Foraneum, ad cognoscendum de causis per appellationem ad eum devolutis, vel devolvendis, cum in Dioecibus Suffraganeorum judicare non possit, (j) nisi hoc jus constituendi Vicarium Foraneum in Dioecesi sui Suffraganei de consuetudine speciali sibi competat: nam tunc bene poterit illum ponere. (k) Ex qua consuetudine Archiepiscopus Compostellanus habet potestatem constituendi Vicarium Foraneum in Dioecesi Salmantina, qui cognoscit de causis subditorum suorum Suffraganeorum totius Provinciae Compostellae per appellationem ad Archiepiscopum devolutis, vel alio modo ad ejus cognitionem pertinentibus. 21. Qua in re haec praxis observatur, quod a sententis Episcoporum Suffraganeorum, vel eorum Officialium recta via appellatur ad ipsum Vicarium Foraneum Archiepiscopi Compostellani Salmanticae constitutum; ceterum a sententis ipsius Episcopi Salmantini, vel ejus Officialis recta via appellatur ad ipsum Archiepiscopum Compostellanum, & non ad praedictum Vicarium Foraneum, qui Episcopus Salmantinus nunquam sententiam, quod ab ejus sententia, vel sui Officialis ad praedictum Vicarium Foraneum appellaretur, fundans se in rigore text. dict. cap. 1. de Offic. Ord. in 6. & ita ab Episcopo Salmantino, vel ejus Officiali appellatur recta via ad ipsum Archiepiscopum, qui postmodum causam delegat, & committit suo Officiali Foraneo Salmanticae excellenti: quam commissionem, & delegationem facere potest, & debet. (l)

EX SECUNDO PRAELUDIO.

SUMMARIUM.

1. **Judex Ecclesiasticus**, de quibus causis cognoscere possit.
2. **Clerici**, quoad causas spirituales sunt exempti de jure Divino, quoad temporales vero, & criminales Ecclesiarum de jure Positivo.
3. **Laici** possunt cognoscere de causis spiritualibus ex delegatione Summi Pontificis.
4. **Intellectus** ad cap. Decernimus, de Judiciis.
5. **Causae civiles Ecclesiasticae**, & crimina-

les Clericorum antiquitus tractabantur coram Saecularibus Judicibus.

6. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de Clericis non conjugatis prima Tonsura, & de eorum rebus, tam in civilibus, quam in criminalibus secundum jus antiquum; hodie vero saecus, & quid ex Trident. Concil. observetur.

7. **Judex Ecclesiasticus** quando possit cognoscere de causis criminalibus Clericorum conjugatorum.

8. **Clerici prima Tonsura**, qui amiserunt privilegium Fori, si ultimo supplicio sint puniendi a Judice Saeculari, non sunt agra-dandi.

9. **Judex Ecclesiasticus** cognoscere debet, an reus captus per Judicem Saecularem sit Clericus, & debeat gaudere privilegio Fori, & remitti ad Judicem Ecclesiasticum, & quae praxis in hoc observetur, infra, num. 10.

10. **Clericus captus a Judice Saeculari**, si veniat remittendus Ecclesiastico Judici, debet remitti expensis ipsius Clerici, nisi sit pauper.

11. **Judex Ecclesiasticus** non tenetur stare processui facti per Judicem Saecularem remittentem Clericum a se captum.

12. **Judex Ecclesiasticus** non debet inibere Saeculari cognoscenti de crimine Clerici presentati coram ipso Ecclesiastico, donec sibi constet, reum Clericum esse.

13. **Clericus presentatus coram Ecclesiastico Judice** debet detineri in carcere tantum, dum tractatur causa, an sit Clericus, vel non.

14. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de causa possessoria cujusvisque rei spiritualis, vel quasi-spiritualis, etsi nihil proprietatis annexum habeat.

15. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de bonis propriis Ecclesiae, & patrimonialibus Clericorum adversus Laicum reum, nisi ipse Laicus neget, res esse Ecclesiae, vel Clerici: quia tunc est remittendus ad Saecularem.

16. **Laicus negans rem esse Ecclesiae**, cum notorie constet contrarium, non est remittendus Judici Saeculari.

17. **Laicus negans rem esse Ecclesiae**, si Clericus actor replicat, se paratum esse in contenti probare contrarium, non est remittendus Judici Saeculari; sed Ecclesiasticus cognoscit, aut sua sit jurisdic-tio.

18. **Laici invasores rerum Ecclesiae**, vel Clericorum, contra quos proceditur per Judicem Ecclesiasticum, non sunt remittendi Saecula-

(i) Quam glof. notat Covarr. in Pract. Quaes. cap. 9. num. 2.

(j) Ut expresse probatur in cap. 1. de Offic. Ordin. in 6.

(k) Ut probatur in dict. cap. 1. §. Quia in causis, de Offic.

Ordin. in 6.

(l) Juxta text. & ibi glof. verb. Posint, in dict. cap. 1. & in cap. Ut litigantes, de Offic. Ordin. in 6.

ri, etsi negent, res esse Ecclesiae, vel Clerico-rum.

20. **Judex Ecclesiasticus**, attento jure Cassella, & Lusitaniae, non cognoscit de bonis patrimonialibus Clericorum adversus Laicum reum, nisi consuetudo (ut est Salmantica) sit in contrarium.

21. **Dotis causa est mixti fori**, & potest cognoscere Judex Ecclesiasticus inter Laicos de ea principaliter, & per se mota, maxime cum petitur a Vidua.

22. **Decimarum causa**, tam quoad questionem juris, quam facti tractanda est coram Ecclesiastico Judice, etiam adversus Laicos.

23. **Judex Ecclesiasticus** potest implorare, brachium saeculare contra decimas non solventem.

24. **Laicus decimas non solvens** potest compelli per Judicem Saecularem ad earum solutionem.

25. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit inter Laicos de crimine usurarum.

26. **Usurarium crimen est mixti fori.**

27. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de crimine Simoniae, etiam inter Laicos.

28. **Judex Ecclesiasticus** solus cognoscit de crimine haereseos.

29. **Judex Laicus** non potest cognoscere de crimine haereseos, etiam quoad questionem facti.

30. **Saeculares Judices** tenentur exequi sententiam Inquisitorum contra haereticum latam, cum ad id requisiti fuerint.

31. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de adultério, nisi agatur ad poenam sanguinis, quia tunc Saecularis est competens Judex.

32. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de crimine falsi circa Litteras Apostolicas, & de crimine concubinae, sortilegii, divinationis, patris fractae, sacrilegii, & aliis hujusmodi.

33. **Cognoscit Ecclesiasticus Judex** de crimine nefando sodomiae, etiam inter Laicos.

34. **Judex Ecclesiasticus** potest cognoscere de quocunque peccato, etiam inter Laicos, ad effectum cogendi peccatorem ad poenitentiam, saltem per viam denuntiationis.

35. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de perjuria, etiam inter laicos, quando agitur ad poenitentiam in foro conscientiae; & in foro contentioso, ubi agitur de relaxatione juramenti, aut de viribus, & validitate illius.

36. **Judex Laicus** potest punire perjuros Laicos, & compellere Laicum ad observantiam juramenti liciti.

37. **Judex Laicus** potest cognoscere, an relaxatio juramenti sit nulla, quando id ponitur contra absolutum.

38. **Praxis**, quae observatur circa relaxationem juramenti, qualiter procedat, & an sit ne-

cessaria partis citatio.

39. **Judex Ecclesiasticus** cognoscens de relaxatione juramenti, potest cognoscere de recisione contractus, si simul id in eodem libello petatur.

40. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de rebus, & juribus haereditatis, quando Clericus scit habere alicujus Laici, dummodum lis non fuerit cepta adversus Laicum defunctum coram Judice Saeculari.

41. **Intellectus** ad leg. Haec abiens, ff. de Judiciis.

42. **Clericus haeres institutus a Laico**, tenetur facere insinuationem testamenti coram Judice Saeculari.

43. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit, an Laicus delinquens debeat gaudere immunitate Ecclesiae.

44. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de executione testamentorum, & ultimarum voluntatum, etiam Laicorum.

45. **Episcopi** constituuntur a Concilio Tridentino, executores piarum dispositionum, & eisdem conceditur potestas cognoscendi de commutationibus ultimarum voluntatum.

46. **Testamentorum executio est mixti fori**, & inde Laicus Judex potest exequi testamenta, etiam si ad bias causas sint condita.

47. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de crimine blasphemiae, etiam contra Laicos, nisi Judex blasphemiam crimen committat, quia tunc Saecularis tantum cognoscit.

48. **Judex Ecclesiasticus** cognoscit de pluribus casibus, remissivis.

49. **Reus**, cui poena condigna non est imposita in criminibus mixti fori, potest iterum puniri ab altero Judice.

50. **Intellectus** ad cap. Felicis, §. Per hoc, de Poenis, lib. 6.

51. **Sanguinis sententiam** Ecclesia nemini irrogat.

52. **Poenis duabus ad vindictam concurrentibus**, una per aliam tollitur, nisi prior poena imposita minor sit propter naturam jurisdictionis eam imponentis, ut quia majorem poenam imponere non potest.

53. **Absolutus aliquo crimine in foro penitentiali**, potest iterum accusari in foro exteriori, etiam si sit absolutus per poenitentiam publicam, & solemnem.

54. **Ecclesiasticus Judex** in casibus, in quibus adversus Laicos procedere potest, non potest propria auctoritate capere bona, & personas eorum, nisi implorando brachium Saeculare.

55. **Consuetudo**, ut Ecclesiasticus Judex possit capere Laicos, & eorum bona, sublata est per jus Regium.

56. **Ecclesiasticus Judex** in criminalibus po-

neſt capere bona Laicorum, & eos in carcerem detrudere, ſecus in civilibus.

SECUNDUM PRÆLUDIUM.

DE CAUSIS ECCLESIASTICIS.

1 **S**ecundo erit præmittendum, quòd Judex Eccleſiaſticus cognofcit de omnibus, quæ verè, & propriè ſpiritualia, & Eccleſiaſtica ſunt, & de iis, quæ ſpiritualibus ſunt annexa antecedenter, & conſequentè: & ita cognofcit de omnibus controverſiis ſuper gradibus, ordinibus, ſacris obſervationibus, beneficiis, jure patronatus, decimis, & ſimilibus, & etiam de cauſis temporalibus Eccleſiarum, & Clericorum, & de eorum criminibus. (a) 2. Eſt tamen in hoc diſcrimen, quòd exemptione Clericorum à poteſtate ſæculari in cauſis verè ſpiritualibus competit eis de Jure Divino; in cauſis verò temporalibus Eccleſiarum, & Clericorum, & in criminalibus competit de Jure Poſitivo, ut optimè reſolvit Covarruvias. (b)

3. Bene verum eſt, Laicos poſſe cognofcere de cauſis verè ſpiritualibus ex delegatione Summi Pontificis, (c) quia licet Laici ſint prohibiti de Jure Divino cognofcere de cauſis ſpiritualibus, intelligi debet, authoritate propria, non tamen cenſentur prohibiti de eis cognofcere ex delegatione Pontificis, nam tunc videntur gerere vices ejus: (d) videtur enim tunc Papam ſuam juſtificationem per eos exercere; (e) non enim aliquo Jure Divino invenitur prohibitum Laicis, cognofcere poſſe de cauſis verè ſpiritualibus ex commiſſione Pontificis.

4. Non etiam obſtat text. cap. Decernimus, de Judic. ubi verbum illud decernimus videtur juſ novum inducere; & tamen ibi agitur de ſpiritualibus ergo text. ille expreſſè probare videtur contra prædictam reſolutionem, exemptionem Clericorum in ſpiritualibus non eſſe de Jure Divino: nam reſpondeo, quòd verbum illud, quatenus reſpicit ſpiritualia, ſtat impropiè, & debet exponi, id eſt, declaramus circa ſubjectam materiam: (f) quatenus verò

reſpicit cauſas civiles Eccleſiarum, & Clericorum, & etiam criminales ſtat propriè, & inducit juſ novum: nam cauſæ civiles Eccleſiaſticae, & criminales antiquitus fuerunt ſub juſtificatione Principum Laicorum, ut reſolvit Alciatus; (g) poſtea verò Eccleſia ducta pia conſideratione, exemit eaſdem à juſtificatione Laicorum in dict. cap. Decernimus, & ita verbum illud ad diverſa relatum, in diverſo capitur ſignificatu. (h)

6. Cognofcit etiam Judex Eccleſiaſticus de Clericis non conjugatis prima Tonſura, & de eorum rebus, tam in civilibus, quam in criminalibus. (i) Hodie verò Clerici non conjugati prima Tonſura, nec in civilibus, nec in criminalibus gaudent privilegio Fori Eccleſiaſtici, niſi habeant beneficium Eccleſiaſticum, aut Clericalem habitum & Tonſuram deferentes, alicui Eccleſiæ ex mandato Epifcopi interveniæ, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, ſeu Univerſitate de licentia Epifcopi verſentur, quaſi ad majores Ordines ſuſcipiendos, ut deciſum extat in Concilio Tridentino: (j) & circa hunc articulum erit hodie obſervanda forma, & Inſtructio poſita in fine tit. 4. lib. 1. Recop. à Rege Noſtro Philippo II.

7. Cognofcit etiam Judex Eccleſiaſticus de cauſis criminalibus Clericorum conjugatorum prima Tonſura, ſive civiliter, ſive criminaliter prædictæ cauſæ criminales intenteantur, dummodo prædicti conjugati deferant veſtes Clericales & Tonſuram, & cum unicus, & virginibus matrimonium contraxerint; non tamen cognofcit de cauſis civilibus horum Clericorum, juxta text. in cap. un. de Cleric. conjug. in 6. (k) Hodie verò, ad hoc ut conjugati gaudeant privilegio Fori in criminalibus, ultra requiſita poſita in dict. cap. un. requiritur, quòd deputati ſint ab Epifcopo ſervitio, vel miniſterio alicujus Eccleſiæ, & quòd aſſualiter ferviant, vel miniſtrent illi Eccleſiæ, ut expreſſè deciſum eſt in Concilio Tridentino: (l) & quales debeant eſſe veſtes, & Tonſura, explicat Covarruvias: (m) quamvis hodie ſtandum erit declarationi factæ à leg. 1. tit. 4. lib. 1. Recop. 8. Et advertete, quòd in caſibus, quibus Clerici

ci prima Tonſura amiſerunt privilegium Fori, & ultimo ſupplicio ſunt puniendi à Judice Sæculari, non debent degradari, ut bene reſolvit Covarruvia. (n) 9. Cognofcit etiam Eccleſiaſticus, an reus captus per Judicem Sæcularem ſit Clericus, & debeat gaudere privilegio Fori, remittiſſe ad Judicem Eccleſiaſticum, quinimo in hoc caſu, nec de nuda quaſtione facti Judex Laicus cognofcit, ſecundum communem ex Navarro, (p) & ita in praxi ſervatur apud Hiſpanos, reſte Covarruvias, (q) quamvis apud Gallos, & Luſitanos hæc cognitio pertineat ad Judicem Sæcularem, ut de Gallis teſtatur Guido, (r) & de Luſitanis extat Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 10. & 15. & qualiter Clericatus, & reliqua requiſita debeant probari, explicat Covarruvias: (ſ) hodie verò ponitur in illa declaratione poſita in fine tit. 4. lib. 1. Recop. verſ. Quando occurriere. Interim tamen quòd cauſa Clericatus finita fuerit per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, Uſus Forenſis jam obtinuit, quòd reus non remittitur ad Judicem Eccleſiaſticum, quamvis Judex Sæcularis ſtatim debeat ſuppedere cognitioſi criminis: & ad hoc poterit compelli ab Eccleſiaſtico Judice, recepta tamen ſummaria informatione, aut probatione Clericatus. (t)

10. Quo circa hodie in ipſa inhibitoria debet inferi informatio Clericatus, & titulus beneficii: & ſi non eſt Beneficiarius debet inferi reſtitutionem, quòd ille reus deputatus eſt ab Epifcopo ſervitio alicujus Eccleſiæ, vel quòd verſatur in Seminario Clericorum, aut in aliqua Univerſitate de licentia Epifcopi, juxta formam traditam in fine tit. 4. lib. 1. Recop. verſ. Quando occurriere. Et advertete, quòd, quoties reus captus remittendus eſt ad Judicem Eccleſiaſticum, remitti debet abſque dedecore, & aliquo actu inominioſo, ſecundum Jul. Clarum (u) reſtantem conſiderandis quarundam Provincialium, quibus inductum eſt, has remiſſiones fieri cum actibus ignominioſis: 11. debetque hæc remiſſio fieri cum cuſtodibus, & expenſis ip-

ſius Clerici, ſecundum Auſterriam: (x) ſed ſi Clericus fuerit pauper, tunc remitti debet expenſis Judicis Eccleſiaſtici, ſecundum prædictos DD. & ita in praxi ſervatur.

12. Nec Judex Eccleſiaſticus ſtabit proceſſui facti per Judicem Sæcularem remittentem, ſecundum communem opinionem, (y) quamvis in praxi obſervatur, quòd extrahitur proceſſus à Tabellone Judicis Sæcularis, & coram Eccleſiaſtico producitur ad fe inſtrudendum in cauſa. Cæterum, ſi Judex Sæcularis cognoverit de aliquo crimine adverſus Clericum, quem nondum tamen apprehenderit; ſed Clericus iſ prius ſe præſentaverit coram ſuo Judice Eccleſiaſtico, petendo ſe pronuntari Clericum, & exemptum à juſtificatione Sæculari, petendoque, ut Judex Eccleſiaſticus ſuis cenſuris inſibeat Sæculari à cognitione illius cauſæ, 13. tunc Eccleſiaſticus non debet inſubere Sæculari, nec contra eum procedere, donec prius ſibi conſtet, illum Clericum eſſe talem, qui gaudere debeat privilegio Fori, juxta leg. 7. tit. 4. lib. 1. Recop. & in ipſa inhibitoria debet inferi omnia ſupradicta in præcedenti caſu, juxta formam traditam in fine tit. 4. lib. 1. Recop. Et in iſto caſu, interim quòd pendet liſ ſuper Clericatu, Clericus præſentatus debet detineri à Judice Eccleſiaſtico in publicis, & tutiſſimis Carceribus; nec debet dimitti ſub ſidejuſſoribus, nec detineri in Eccleſia, aut Monasterio; alioquin poterit capi à Judice Sæculari, juxta leg. 7. tit. 4. lib. 1. Recop. quòd procedit, nedum pendente liſe ſuper Clericatu, verum etiam pendente liſe ſuper punitione criminis, juxta dict. leg. 7. (z)

15. Cognofcit etiam Judex Eccleſiaſticus de cauſa poſſeſſoria cujuſcumque rei ſpiritualis, vel quaſi-ſpiritualis, etiam ſi nihil proprietatis annexum habeat, ſecundum Butrium. (a)

16. Cognofcit etiam Judex Eccleſiaſticus de bonis propriis Eccleſiæ, & de bonis patrimonialibus Clericorum adverſus Laicum reum: nam bona patrimonialia Clericorum gaudent pri-

(n) In Præct. Quæſt. cap. 32. n. 3. ubi n. 4. reſolvit illam quaſtioneſ, an qui poſt delictum commiſſum aſſumpſit Ordinem Eccleſiaſticum, puniri poſſit à Judice Sæculari, de qua quaſtione vide aliqua per Vivium in ſuis Communiis, pag. 14.

(o) Juxta text. cap. ſi Judex laicus, de Sentent. excomm. in 6. ibi: Dubitationes, &c. Et hæc opinioſem tamquam communem probant omnes, ibi Francus, & omnes in cap. un. de Cleric. conjug. in 6. Rota in Novis. deciſ. 202. Fulgoſ. conſ. 124.

(p) Cap. Novis, notab. 6. n. 44. de Jud. & comprobatur ex argum. Decii in dict. cap. Decernimus, n. 24. & Lanfranc. in Clem. Diſpenſationem, de Jud. col. 6.

(q) In Præct. cap. 33. n. 1.

(r) Quæſt. 138. & Joan. Gall. quæſt. 38.

(ſ) In dict. cap. 33. n. 3.

(t) Ut ſatis colligitur ex dict. cap. ſi Judex Laicus in fin. (u) Lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 38. n. 48.

(x) In Clem. 1. de Offic. Ordin. quæſt. 2. n. 22. Boerium deciſ. 303. col. pen. ex Bald. leg. Generaliter, §. ſi præſentibus, Cod. de Reb. cred.

(y) Ex Dec. in cap. Et ſi Clerici, de Jud. & Thom. Gram. in Conſ. crim. 43. n. 1. & Viv. lib. Comm. Opinion. verſ. Judex Laicus.

(z) Quam ſic intelligit Covarr. in Præct. cap. 33. n. 4. & tradit Bern. Diaz in Præct. Crim. Canon. cap. 116.

(a) Cap. fin. de Judic. & plures alios, quos referet, & ſequitur Joan. Dama in Proem. Pragm. Sanctæ. §. Poſtquam, fol. 112. Boerius in Rubr. de Jud. n. 51. Covarr. in Præct. Quæſt. cap. 33. n. 1. contra Panorm. & alios in cap. Litteras, de Juram. calum.

(a) Juxta text. in cap. Decernimus, cap. Quanto, cap. Qualiter, cap. Eſt Clerici, & cap. Clerici, de Juſt. & in cap. 2. de For. compet. & in cap. Continua, cum aliis illius Cauſæ, & Quæſt. 11. quæſt. 1. & in leg. 57. tit. 6. Part. 1. & in leg. 5. tit. 3. lib. 1. Recop. & utrobique notant DD.

(b) In Præct. Quæſt. cap. 31. n. 2.

(c) Secundum gloſ. receptam in d. cap. Decernimus.

(d) Ut probatur in cap. Saue 2. de Offic. Deleg.

(e) Arg. text. in cap. Qui per alium, de Reg. jur. lib. 6.

(f) Juxta text. in cap. Ad audientiam, de Cleric. non reſid.

(g) In Rubr. & in leg. Juſtenus, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.

(h) Secundum Panorm. Dec. & Rip. ibi.

(i) Juxta text. cap. Cum non ab homine, & cap. Clerici, de Judic. & cap. 2. de For. comp. & notat gloſ. in cap. un. verſ. Clericus, de Cleric. conjug. in lib. 6. explicat Covarr. in Præct. cap. 31. n. 1.

(j) Seſſ. 23. de Reformat. cap. 6. & comprobatur à leg. 1. tit. 4. lib. 1. Recop.

(k) Sic intellectum ab Andr. Domin. Anchar. & Banchel. ibi, & à Covarr. bene illum text. explicante, in Præct. Quæſt. cap. 31. n. 7.

(l) Seſſ. 23. de Reform. cap. 6.

(m) Dict. cap. 31. n. 8.

privilegio bonorum Ecclesiarum: (b) quod intellige verum in casibus à jure expressis, secundum communem. (c) Unde cum iste casus expressus sit in leg. *Decernimus*, Cod. de *Episc. audient.* & cap. *Si Clericus Laicum*, de *Foro compet.* per arg. *ab speciali*, merito bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio Fori: & est ratio, quia in Foro principaliter consideratur persona Clerici, & non bona. (d)

Limita tamen hanc resolutionem veram esse, nisi reus Laicus neget, res illas esse Ecclesiarum, vel Clerici actoris: nam tunc remittendus erit ad Judicem Sæcularem, juxta dict. cap. *Si Clericus Laicum*, quia per illam negationem res efficitur dubia, (e) ac ideo reus Laicus in dubio non est trahendus ad Judicem Ecclesiasticum, contra regulam cap. *Cum sit generale*, de *Foro compet.*

17. Sublimitabis hoc primo, quando notorie constaret, rem illam esse Ecclesiarum, vel Clerici: nam tunc, etiam si reus Laicus neget, esse Ecclesiarum, vel Clerici, non erit remittendus ad Judicem Sæcularem, quia notorium per negationem non efficitur dubium. (f) 18. Sublimitabis secundo, nisi Clericus actor replicet, se paratum esse incontinenti probare rem esse suam, vel Ecclesiarum: nam tunc reus Laicus non erit remittendus ad Judicem Sæcularem, imò Judex Ecclesiasticus summarie cognoscat, *utrum sua sit jurisdictio*. (g) 19. Sublimitabis tertio, quando ab Ecclesiastico Judice procederetur adversus Laicos malefactores, & in favorem rerum Ecclesiarum: nam tunc reus Laicus non erit remittendus ad Sæcularem, (h) et si dubitetur de maleficio, secundum Innocentium, & communem. (i) Quod procedit, etiam in in favorem rerum Clericorum, (j) quamvis contrarium te-

(b) Juxta gloss. 3. cap. *Eccles. de Constit.* & gloss. fin. cap. fin. de *Vita*, & *honest. Cleric.*

(c) Ex Dec. dict. cap. *Ecclesia*, n. 18. Covarr. lib. 1. Variar. cap. 4. n. 3.

(d) Ex mente Decii, dict. n. 18. licet mordeat Covarr. ibi supr. n. 3.

(e) Juxta gloss. 1. cap. *Veniens*, de *Renunt.* & gloss. cap. 1. verb. *conferentes*, de *Offic. Deleg.* in 6. & gloss. 5. leg. *Plures*, Cod. de *Fid. instrum.*

(f) Cap. *Super eo*, de *Testib. cog.* & ita firmat Butr. Panorm. n. 4. Fel. col. 1. dict. cap. *Si Cleric.* sic limitando illum text.

(g) Secundum Card. in fin. Panorm. n. 14. & 15. Marian. n. 11. & 13. dict. cap. *Si Clericus*, & secundum communem ex Curcio in leg. 2. ff. *si quis in jus voc. non ierit*, quidquid aliter dicat Anton. n. 9. dict. cap. *Si Clericus*, & Alex. dict. leg. 2. n. 19. & quidquid aliter dicant Aachar. & Baro. dict. cap. *Si Clericus*.

(h) Ut cap. *Cum sit generale*, de *For. comp.*

(i) Dict. cap. *Si Clericus*, & Marian. dict. cap. *Cum sit generale*, n. 18.

(j) Ut post Collectarium, n. 2. & post gloss. 1. cap. *Si*

neat Butrius. (k)

20. Hodie tamen de *Jure Regio Castellæ*, & Lusitanie Judex Ecclesiasticus non cognoscit de bonis patrimonialibus Clericorum adversus Laicum reum, juxta leg. 57. tit. 6. Part. 1. & in lib. 2. Ordin. Lusitanorum, tit. 1. §. 17. nisi consuetudo vigeret in aliquo Tribunali Ecclesiastico, quod Judex Ecclesiasticus cognoscit adversus Laicos super quibuscumque causis ad petitionem Clerici, vel Ecclesiarum, juxta cap. *Si Clericus in fin.* quæ consuetudo vigeret in Audientia Episcopali Salmanticensi; in rebus tamen Ecclesiarum nihil immutatum est de *Jur. Reg.*

21. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de causa dotis principaliter, & de per se mota inter Laicos: nam talis causa est mixta fori, secundum Innocentium: (l) quæ opinio proculdubio recipienda est, quando dos peteretur à Vidua, quæ miserabilis est habitu, & dotis privatio reddit eam oppressam, & sic miserabilem actum, secundum Bald. Novellum; (m) quamvis Glossa, (n) & Jasso (o) indistincte firmant, causam dotis principaliter de per se motam tractandam esse coram Judice Sæculari, quorum opinio communis est. (p) In aliis verò casibus crederem, Judices Sæculares nequaquam permitturos, quod meri Laici causam dotis principaliter, & de per se motam intentent coram Judice Ecclesiastico, præcipue quando ageretur de dote de novo constituenda, (q) *incidenter* tamen de causa dotis bene cognoscit Ecclesiasticus inter Laicos, ut in cap. *De prudentia*, de *Donat. int. vir. & uxore*.

22. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de causis decimarum, & adversus Laicos, tam quoad questionem *juris*, quam quoad questionem *facti*: (r) 23. & Judex Ecclesiasticus po-

mittere 16. quæst. 1. probant communiter omnes, dict. cap. *Cum sit generale*, & Panorm. ibi, n. 14. Fel. col. 1. Barb. num. 68.

(k) Ibi notab. fin. dict. n. 68. & Aufrier, de Potest. Eccles. vers. 38. n. 31. Covarr. lib. 1. Variar. cap. 4. n. 3.

(l) Henric. Panorm. & alios cap. de *Prudentia*, de *Donat. int. vir. & uxore*, quorum opinio communis est ex Felin. cap. *Licet*, n. 1. de *For. comp.* Dec. in Auth. *Quod locum*, n. 5. Cod. de *Collat. Ripa* in leg. 1. n. 48. ff. *Solut. matrim.* Aufrier, de Potest. Eccles. n. 21. caf. 27. Gomm. in cap. fin. in princ. n. 22. de *Judic. Dic.* Perez leg. 2. tit. 1. lib. 3. Ordin. col. 775. vers. *Dubitatur* insuper.

(m) In Tract. de Dote, part. 9. privileg. 16. Rubrum Reperition. cap. *Per vestras*, notab. 2. n. 13. & 24.

(n) Pen. dict. cap. de *Prudentia*, & Anton. ibi.

(o) Dict. Auth. *Quod locum*, n. 10.

(p) Ex Felin. fin. contrario, cap. *Ecclesia*, num. 58. de *Constitut.*

(q) Ex Anchar. conf. 21. ad finem recepto à Felin. dict. cap. *Licet*, n. 1. & à Rubeo ubi supr. n. 17. & Dec. dict. cap. *Ecclesia*, n. 37.

(r) Ut cap. *Per venit*, & cap. *Nuntius*, & cap. *Cum dominet*, de

poterit implorare brachium sæculare contra decimas non solventem: (s) & in questione facti decimarum Ecclesia habet duos Judices Ecclesiasticum, & Sæcularem: 24. nam Laicus poterit compelli ad solutionem decimarum per Judicem Sæcularem, ut resolvit Federicus, (t) Rebutius, (u) & Covarruvias, (x) qui ait, quod in aliquibus causis decimarum Sæcularis poterit cognoscere, etiam de *questione juris*.

25. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de crimine *usurarum* inter Laicos, (y) 26. Sed tu resolve verius esse, quod hoc crimen est mixti fori, & sic quod Judex Ecclesiasticus cognoscit de eo inter Clericos; Judex verò Sæcularis inter Laicos, & etiam de *questione juris*, ita resolvit Covarruvias; (z) tamen *praxis* observat, quod Ecclesiasticus aliquando cognoscit de isto crimine, ut resolvit Covarruvias. (a)

27. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de crimine *simoniae*, etiam inter Laicos; (b) tamen, quoad *questionem facti* hujus criminis etiam Judex Sæcularis cognoscere poterit inter Laicos. (c)

28. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de crimine *hæresis*: quia crimen hoc adversus Fidem, & Religionem committitur, ac ideo solus Ecclesiasticus de eo cognoscere potest. (d)

29. Nec etiam Judex Sæcularis de isto crimine cognoscere poterit, etiam quoad *questionem facti*, secundum communem. (e) Quinimo, nullus Sæcularium Judicum quantumque potestate, & dignitate præditus ullo modo cognoscere poterit de causis civilibus, aut criminalibus, quarum cognitio ad Inquisitores perti-

net, etiam prætextu sublevandi vi oppressos, nam si aliquis gravatus appellare voluerit in suprascriptis causis, adire debet Senatam Supremam Sanctæ Generalis Inquisitionis, ut resolvit Simancas; (f) poterunt tamen, & debent Judices Sæculares condemnare, & punire illos, quos Inquisitores declaraverint Hæreticos esse pertinaces, relapsos, aut impoentes, quia eorum officium prædictis causis, non in cognoscendo, sed in exequendo consistit: 30. quam executionem facere tenentur, cum ab Inquisitoribus fuerint requisiti, & tunc tenentur sententiam Ecclesiasticam in causa *hæresis* exequi, nulla de iustitia ipsius cognitione, vel fide facta, quia censentur meri Executores. (g)

31. Cognoscit insuper Judex Ecclesiasticus de adulterio: (h) quod intellige verum, quando agitur ad *penitentiam*, vel ad *separationem thori*, secundum communem; (i) cæterum, quando agitur ad *poenam sanguinis*, Sæcularis competens est; si verò agatur ad alias poenas, tunc uterque potest cognoscere, secundum communem, (j) & *hodie* expressè decisiū extat in Concilio Tridentino, (k) ubi præscribitur ordo, quo Ordinarii procedere debent ad punitionem hujusmodi criminis, ubi etiam probatur, de crimine *concupinatus* Ecclesiasticum cognoscere posse adversus Laicos, (l) quamvis Alciatus (m) post alios contendat, quoad alias poenas Sæcularem solummodo competentem esse.

32. Cognoscit item Judex Ecclesiasticus de crimine *falsi circa Literas Apostolicas*, *concupinatus*, *fortilegii*, *divinationis*, *pacis fractæ*, *fortilegii*, & aliis hujusmodi, etiam inter Lai-

cos;

de *Decimis*, & Clem. 2. de *Jud.* & cap. *Postulasti*, de *Homic.* cap. *Omnes decima* 16. quæst. 7. & in Conc. Trident. Sess. 24. de *Reform.* cap. 12. quem text. explicat Navarr. in *Manual. Latin.* cap. 21. n. 32.

(s) Dict. cap. *Postulasti*, & ibi Felin. & reliqui.

(t) Conf. 245.

(u) In Tract. de *Decim.* quæst. 10. n. 3. quo in loco à n. 1. de isto art. agit.

(x) In *Pract.* 35. n. 2.

(y) Secundum gloss. 3. dict. cap. *Cum sit generale*, & ibi communiter omnes, & plures, quos refert Covarr. lib. 3. Variar. cap. 3. n. 1. & in 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 12. n. 4. & 5.

(z) Ubi supr. & Navar. cap. *Novit*, notab. 6. n. 44. illat. 2. de *Judic.* & probatur ex leg. 4. tit. 6. lib. 3. Recop. & ex Lusitanis, lib. 4. tit. 14. per totum, & tit. 27. §. 1.

(a) Ubi supr. vers. 4. & ita est tenendum, quicquid aliter dicat Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 37. n. 2.

(b) Secundum gloss. 3. in dict. cap. *Cum sit generale*.

(c) Secundum Anton. n. 14. Imol. n. 8. Fel. n. 4. in dict. cap. *Cum sit generale*, & Alex. in *Addit. ad Bart.* in leg. 1. ff. de *Public. jud.* contra Panorm. n. 20. Marian. num. 22. Baro. n. 180. dict. cap. *Cum sit generale*.

(d) Secundum gloss. 3. in dict. cap. *Cum sit generale*, & tradit Maluerus in cap. *Ut inquisitionis*, & in cap. *Prohibe-*

mus. Abb. & reliqui in dict. cap. *Cum sit generale*. Alciat. in cap. 1. de *Offic. Ord.* n. 73. Simanc. de *Institut. Cathol.* tit. 37. à n. 1.

(e) Ex Navar. in dict. cap. *Novit*, notab. 6. n. 44. & Covar. in *Pract.* Quæst. cap. 33. n. 3. in fin. per text. in dict. cap. *Ut inquisitionis*, §. *Prohibemus*.

(f) Ubi supr. n. 2.

(g) Juxta text. in dict. cap. *Ut inquisitionis*, §. *Prohibemus*, & est communis opinio Canonistarum, quam sequuntur etiam Legitiz, secundum Simanc. ubi supr. & ita in Hispania una receptum esse, testatur Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 96. n. 7.

(h) Secundum gloss. 3. dict. cap. *Cum sit generale*.

(i) In dict. cap. *Cum sit generale*, & cap. *Tua*, de *Procur.* & tradit Panorm. & communis in cap. 1. de *Offic. Ordin.* resolvit Covarr. de *Sponsal.* 2. part. cap. 7. §. 6. n. 8. quamvis Dec. conf. 212. n. 2. existimet, Sæcularem esse competentem, quo ad *separationem thori*.

(j) Dict. cap. *Cum sit generale*, ex Panorm. Marian. n. 23. Felin. n. 11. consentit Dec. cap. *Consultus* 1. de *Appell.* & Diaz in *Pract. Crim.* cap. 79. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 37. n. 3.

(k) Sess. 24. de *Reform. matrim.* cap. 8.

(l) Et tradit Jul. Clar. ubi supr. n. 4.

(m) In cap. 1. de *Offic. Ordin.* n. 22.

cos; (n) tamen de his criminibus etiam potest cognoscere Sæcularis inter Laicos. (o)

33. Cognoscit etiam Ecclesiasticus de crimine nefando sodomia, etiam contra Laicos, juxta text. cap. Clerici, de Excessib. Præl. (p)

34. Cognoscit item Judex Ecclesiasticus de quocumque peccato, etiam inter Laicos, ad effectum cogendi peccatorem ad poenitentiam, liberandique animam ejus à morte perpetua, saltem per viam denuntiationis. (q)

35. Cognoscit item Judex Ecclesiasticus de crimine perjurii, etiam inter Laicos: (r) quod intellige verum, quando agitur ad poenitentiam in foro conscientia; & etiam in foro contentioso, ubi agitur de relaxatione juramenti, aut de viribus, & de validitate illius: nam tunc Laici ratione juramenti efficiuntur de Foro Ecclesiæ. (s)

36. Cæterum Sæcularis Judex punire potest Laicos perjuros, (t) potestque Sæcularis cogere Laicum, cui turpiter est juratum, ut remittat juramentum, ut cum aliis resolvit Covarruvias: (u) potest etiam Sæcularis cogere Laicum jurantem ad observantiam juramenti liciti, ut cap. Licet mulieres, de Jurejur. in 6. 37. & denique potest Sæcularis videre, utrum Episcopi relaxatio à juramento sit nulla, quando id opponitur contra absolutum. (x)

38. Et circa praxim, quæ versatur in pendenda relaxatione juramenti, ultra ea, quæ tradit Covarruvias, (y) advertere, quod citatio ipsius creditoris precedere debet, idque obtinere in quacumque relaxatione juramenti turpis, seu illiciti à majoribus, vel à minoribus, sive à mulieribus præstiti, ex cap. 1. de Jurejur. cap. Inas, de Usuris, (z) quia contra inauditam partem nil diffiniri debet, ut in cap. 1. de Causa poss. & prop. (a) quam opinionem procludu-

bio veram esse, quando peteretur relaxatio, ad hoc ut simul rescinderetur contractus, & ipsius vis prorvis evanesceret, testatur Covarruvias: (b) & tali casu relaxationem sine citatione concessam nullam esse, contendunt Panormitanus, & Felinus; (c) quamvis D. Antoninus (d) dicat injustam esse solummodo, non vero nullam: quando vero relaxatio juramenti peteretur solummodo, ad effectum agendi, vel exicipiendi adversus contractum, allegata enormi læsione, quæ postmodum in progressu causæ probata rescinderet ipsum contractum, citationem creditoris non esse necessariam, firmat Oldradus; (e) tamen in hoc casu etiam citationem creditoris requiri ad hanc relaxationem concedendam, tenent Federicus, Jasso, & Felinus. (f)

Quas tamen opiniones apud nos meminime vidisse in praxi obtinere in hunc modum, quod, quando relaxatio ad effectum agendi tantum petitur à Reverendissimo Nuncio, tunc eam solitus est concedere, nulla precedente citatione; quando vero petitur ab Ordinario, etiam solummodo ad effectum agendi, nunquam solitus est illam præstare sine citatione partis adversæ. Quæ tamen relaxatio juramenti peti, & concedi solet, quamvis in contractu juramentum fuerit appositum de non petenda relaxatione, nec ea utenda, si fuerit concessa etiam motu proprio, ut quotidie à Tabellionibus in scripturis apponitur, nam tale juramentum censetur temerarium, cum per illud detrahitur juri Superioris, cujus auctoritas in quolibet juramento censetur excepta: (g) tenet tamen hanc relaxationem impetrans facere mentionem de juramento, & quod juravit, se non petiturum relaxationem, ne ea ulu-

(n) Quæ crimina congerunt Panor. n. 24. Marian. col. pen. Felin. n. 13. in dict. cap. Cum sit generale. Aufser. de Potestate Sæculari, reg. 4. fall. 12.

(o) Secundum prædictos Doct. ubi sup. & probatur de Jure Regio, lib. 8. Recop. tit. 3. cum nonnullis seqq.

(p) Et committit omnes ex Bermond. Tract. de Concub. fol. 128. n. 43. & Jul. Clar. ubi sup. n. 5.

(q) Secundum glof. 3. dict. cap. Cum sit, & late resolvit Navar. dict. cap. Novit, notab. 6.

(r) Secundum glof. 3. dict. cap. Cum sit generale.

(s) Juxta cap. fin. de For. comp. in 6. & firmant Panor. Marian. & Fel. n. 7. dict. cap. Cum sit. Aufser. de Potest. Sæculari, reg. 4. fallent. 4. Selva in Tract. de Jurejur. 2. part. quest. 5. Fortunat. de Ultimo fin. n. 325.

(t) Juxta text. in cap. Rex debet 23. quest. 5. & probat Roman. in sing. 420. Covarr. in cap. Quamvis pactum, 1. part. §. 3. n. 11. in 6. & leg. 1. cum seqq. tit. 17. lib. 8. Recop.

(u) Lib. 1. Variar. cap. 4. n. 5. verf. Verum.

(x) Secundum Anchar. in conf. 382. n. 6.

(y) Lib. 1. Variar. cap. 4. n. 5. & Roland. in conf. 34. n. 7. lib. 1.

(z) Firmant Feder. de Senis in conf. 300. & Corn. in conf. 45. vol. 2.

(a) Sequuntur Panor. col. pen. Felin. n. 23. in dict. cap. 1. de Jurejur. & plures alii relati à Covarr. & Roland. ubi sup. ab Alciat. in cap. Cum contingat, n. 127. de Jurejur. à Joan. Alsin. in Praxi, §. 7. cap. 5. limit. 105. Menoch. in conf. 24. n. 11. & 12. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. glof. 1. quest. 16.

(b) Ubi sup. paisimque hanc opinionem receptam esse, firmant Jass. in leg. Ne quisquam, §. Hoc decretum, n. 49. ff. de Offic. Procur. Dec. & Alciat. ubi sup.

(c) Num. 23. in cap. 1. de Jurejur. & Capella Tolofan. quest. 62.

(d) 2. part. tit. 10. cap. 6. §. Nonus casus in fin.

(e) Conf. 120. & Anchar. conf. 18. & hanc opinionem receptam esse, dicit Alciat. ubi sup. & magis praxi convenientem appellat Covarr. ubi sup. n. 6.

(f) Ubi sup. & Gozadinus in conf. 69. n. 22.

(g) De Jurament. in cap. Penitentes, de Jurejur. tenent Ricard. in 4. Distinct. 38. art. 9. quest. 3. Felin. in cap. Constitutus, n. 9. de Rescript. Soto lib. 8. de Just. & jur. quest. 1. art. 9. col. pen. & Suphil. de litteris gratia, pag. 168.

rum, etiam motu proprio concessa; alioquin aliter præstita subreptitia esset. (b)

Et est advertendum, quod in eodem libro, in quo petitur relaxatio juramenti ad effectum agendi, simul peti potest, quod ipse Judex Ecclesiasticus, præstita relaxatione, annuller, & rescindat ipsum contractum: nam ad hoc etiam erit competens, secundum Baldum: (t) quæ opinio mihi semper placuit, & semel, & iterum feci illam praticari in Audientia Episcopali Salmantina, dum essem Patronus, & satis probatur in cap. fin. de Foro compet. in 6. (j) cui non faciunt satis Decius, (k) & Covarruvias, (l) oppositam opinionem in puncto juris verior esse, asserentes & in praxi jam eorum opinionem contra sententiam Baldi obtinere, firmant Navarrus, (m) & Joann. Gutierrez. (n)

Pro opinione Baldi, cui libenter subscribo, & feci praticari, expendo leg. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. Recop. dum ibi præcipitur Tabellionibus, quod in contractibus de se validis inter Laicos celebratis, juramentum non apponant, redditurque ibi ratio, ne ratione juramenti Laici efficiantur de foro Ecclesiastico, & jurisdictione Sæcularis defraudentur: quas leges Regias justas esse, defendunt Covarruvias, (o) Pinelus, (p) & Joann. Matienzo; (q) sed licet opinio Baldi de jure verior sit, & fecerim illam praticari, tamen jam magis expertus non consulere clientulis meis desiderantibus finem suis litibus imponere, quod coram Judice Ecclesiastico, simul cum relaxatione juramenti, peterent rescissionem contractus, non ex eo quod Ecclesiasticus incompetens sit; sed quia lites in Curia Ecclesiastica efficiuntur penè immor-

tales propter dilationes, & appellationes plures, quas Jus Pontificium permittit, ut advertit Paul. Castrensis: (r) & hac de re exclamant contra Judices Ecclesiasticos Palacios Rubios (s) asserens, se multoties consuluisse personis Ecclesiasticis habentibus Judices Ecclesiasticos, coram quibus possent Laicos convenire, quod illos convenirent coram Judicibus Sæcularibus, quoniam suam justitiam citius ibi consequerentur, quod ego, antea quam Palacium viderem, pluries amicis, & clientulis consului.

40. Cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus de rebus, & juribus hereditatis, quando Clericus extitit hæres alicujus Laici, dummodo lis non esset cœpta adversus Laicum defunctum coram Judice Sæculari. (t) 41. Nec obstat text. leg. Hæres absens, in princ. nam text. ille loquitur de privilegio particulari ipsius hæredis, non de privilegio jure communi concessio: (u) vel loquitur, quando forus defuncti respectu loci in hærede mutatur, ut animadvertunt ibi Fulgofius, & alii; & ita est tenendum, quamvis contrarium velint nonnulli Antiqui relati à Glossa, (x) quorum opinio approbat lex 57. tit. 6. Part. 1. tamen illa lex in praxi non servatur. Cæterum, si lis cœpta esset cum Laico defuncto, tunc Clericus hæres teneretur illam profequi coram Sæculari. (y)

42. Adverte tamen, quod Clericus hæres institutus à Laico tenetur facere insinuationem, & publicationem testamenti coram Judice Sæculari, secundum Baldum; (z) alias hæres amitit commodum hereditatis: & ita jam in praxi obrinui.

43. Cognoscit etiam Ecclesiasticus, an Laicus delinquens gaudere debeat immunitate Ecclesiæ. (a)

Tom. II. Xx Cog

(b) Secundum Felin. in dict. cap. Constitutus, n. 13. & 14. Marth. de Afflict. in decif. 220. n. 11. & Paul. Paris. in conf. 96. n. 93. vol. 1.

(c) In leg. Ordinarii, Cod. de Res vendit. sequuntur Alexand. in leg. Quoties, Cod. de Judic. Felin. in cap. Cum sit generale, col. 4. de For. comp. & in cap. 1. col. 10. de Jurejur. & in cap. Præterea, col. 11. de Spons. & hanc dicit communem, à qua in praxi difficile esset recedere Dec. in Rubr. lect. 1. n. 2. Extra de Judic. eandem probant plures relati à Decif. Pedam. 78. n. 6. defendunt Rip. n. 29. & Alciat. n. 1. & 2. in Rubric. Extra de Jud. & ita opinio communeratur inter communes in 1. tom. Commun. Opin. lib. 3. tit. 1. n. 125.

(d) Quem text. ad hoc recte perpendit Alciat. in dict. Rubric. de Judic. n. 2.

(e) In dict. Rubr. lect. 1. n. 2.

(f) In dict. cap. 4. n. 7. & 8. & Navar. in dict. Rubr. de Judic. n. 12.

(g) In dict. Rubr. n. 13.

(h) De Jurament. Cousin. 3. part. cap. 12. n. 6.

(i) In cap. Quamvis pactum, 1. part. §. 3. n. 8. de Pass. in 6.

(j) In leg. 2. 3. part. cap. 1. à n. 11. Cod. de Rescind. vendit.

(k) In leg. 22. tit. 1. lib. 5. Recop. glof. 8. n. 3.

(l) In dict. leg. Ordinarii, n. 4.

(m) In Recept. cap. Per vestras, notab. 2. n. 24. de Donat. inter vir. & uxor.

(n) Secundum glof. receptam in cap. Is, qui in jus. 1. de Reg. jur. in 6. glof. & DD. cap. Clericum nullus 11. quest. 1. Panor. DD. & Dec. n. 11. cap. Quia 7. de Jud. Bart. & committit alios in leg. Hæres absens in princ. ff. de Jud.

(o) Secundum glof. ibi, & in leg. 2. §. Legatis, ff. de Judic.

(p) Dict. cap. Clericum nullus, & Alber. dict. leg. Hæres absens.

(q) Arg. text. leg. Venditor, ff. de Judic. & ita cum aliis expressè resolvit Covarr. in Pract. Quest. cap. 8. n. 2.

(r) Et Corn. in leg. Omnia testamenta, Cod. de Testam. Bened. cap. Rainutus, de Testam. verb. Et uxorem, n. 420. Barb. cap. Si hæres, de Testam. n. 10. Covarr. in dict. cap. 8. n. 1. & probatur in leg. 15. tit. 4. lib. 5. Recop.

(s) Secundum Remig. in Tract. de Immunit. Ecclesiæ, quest. 2. pag. 218. & Didac. Perez in leg. 9. tit. 2. lib. 1. Ordin. col. 71. in verf. Quæri tamen, & nos late diximus sup. in 1. Tom. in §. de Delinquentibus ad Ecclesiæ confugientibus.

44. Cognoscit etiam Ecclesiasticus de executione testamentorum, & ultimarum voluntatum, etiam laicorum, ita ut heredes, & laicos quoscunque executores moneat, & compellat ad predictam executionem, (b) etiam si testator interdixerit Episcopo predictam coactionem. (c) 45. Et piarum dispositionum executores Episcopos constituit Concilium Tridentinum, (d) & (e) tribuit eis potestatem cognoscendi de commutationibus ultimarum voluntatum; 46. quam tamen facultatem exequendi testamenta etiam Judex Laicus habet, quantumvis testamenta ad pias causas condita sint: nam hujusmodi munus faciendi exequi ultimas voluntates mixti fori est, ut ex Panormitano, & Barbacia notat Covarruvias. (f)

47. Cognoscit etiam Ecclesiasticus de crimine blasphemiae, etiam contra laicos, (g) de quo etiam crimine Saecularis Judex cognoscit, quia mixti fori est, ut norant Cardinalis, (h) Avendanius, (i) & Jul. Clarus. (j) Sed si Judaeus crimen blasphemiae commiserit, Judex Saecularis de eo cognoscere possit; non tamen Ecclesiasticus, secundum magis communem opinionem Doctorum; (k) tamen si oppositum teneat Avendanius, ubi supra, asserens, crimen blasphemiae à Judaeo commissum mixti fori esse, pro sua opinione citans Ancharranum, in Consiliis.

48. Cognoscit denique Ecclesiasticus de pluribus aliis casibus congestis à Guilielem. Benedicto, (l) & Auferrio; (m) & è converso plures casus, in quibus Judex Saecularis habet cognitionem in personas Ecclesiasticas, enumerat Cassaneus. (n)

49. Advertendum tamen est circa supradicta, quod in criminibus, quae sunt mixti

fori, & in quibus ab utroque Judice poena imponi potest, reus punitus à Judice Ecclesiastico, iterum de eodem crimine puniri potest à Judice Saeculari, juxt. text. in cap. *Falsis*, §. *Per hoc*, de *Penis*, lib. 6. (o) quod tamen intellige verum esse, quando poena à Judice Ecclesiastico imposita non esset condigna, & mensurata delicto, quia tunc Saecularis poterit iterum cognoscere, & punire, secundum plures DD. quos refert, & sequitur Covarruvias, (p) Avendanius, (q) & Didacus Perez. (r)

50. Nec huic communi intellectui obstat text. in dict. cap. *Falsis*, ubi severa, & gravissima poena imponuntur à Judice Ecclesiastico, & nihilominus tamen Saecularis potest iterum punire, ut in dict. §. *Per hoc*: nam respondeo, quod licet in specie illius text. poena à Judice Ecclesiastico satis severa imponatur, non tamen sunt naturales, & condignae tanto crimini: poena enim naturalis, & condigna illi delicto est, quam constituit text. in leg. *Quisquis*, Cod. *Ad leg. Juliam Majestatis*, 51. Unde cum ab Ecclesiastico propter naturam jurisdictionis imponi non possit, cum Ecclesia poenam sanguinis non irroget, (s) ideo recurritur ad Saecularem, quia eam imponere potest: nec praedicta poena per impositionem aliarum minorum tollitur. (t) 52. Nec obstat, quod quando duae poenae concurrunt ad vindictam, una per aliam tollitur: (u) nam responderet, illud verum esse, nisi prior poena imposita minor esset propter naturam jurisdictionis eam imponentis, ut puta, quia majorem imponere non potest; tunc enim unam per aliam non tollitur. (x)

53. Quo fit, absolutum ab aliquo crimine in foro poenitentiali, iterum posse accusari, & de

(b) Juxta text. in cap. 3. in cap. *Si heredes*, & in cap. *Tha*, & in cap. *Joannes*, de *Testam.*

(c) Juxta text. in dict. cap. *Tha*, & resolvit ibi Covar. & D. Franc. à Sarn. lib. 1. Selectar. cap. 11. n. 13. & praedictam conclusionem notat Covar. in dict. cap. 3. n. 5. & in dict. cap. *Si heredes*, n. 1. & 4.

(d) Sess. 22. de Reform. cap. 8.

(e) In 6. ejusdem Sessionis.

(f) In dict. cap. *Si heredes*, n. 1. & probatur in Auth. de *Ecclesiast. titul. §. Si quis ante adificationem*, Collat. 9. & in leg. *Haereditas*, ff. de *Peit. her.*

(g) Ut probatur in cap. 2. de *Maled.*

(h) Annan. & reliqui DD. in cap. 2. de *Maled.*

(i) In cap. *Pratorum*, 1. part. cap. 5. n. 3. Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 25. n. 9. Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 8. num. 4.

(j) Lib. 5. Sent. §. *Blasphemia*, n. 4. in fin.

(k) Ex Alexand. in conf. 99. n. 12. & 13. lib. 6. & Jul. Clar. ubi supr. n. 5.

(l) In cap. *Raimundus*, verb. *Et uxorem* 1. n. 240. & verb. *Uxorem* 2. n. 125.

(m) In *Tract. de Potest. Eccles. super Laicis* à n. 1. vol. 8. diversorum Doctorum, ubi cumulat 140. casus.

(n) In *Consuetud. Burgund.* Rubr. 1. §. 5. n. 47. verfi. Prima regula, & Boer. in *decis.* 69. n. 28.

(o) Et firmit Panorm. Aret. Fel. & ferè omnes in cap. *De his, de Accusat.* Bald. in leg. *Placet*, Cod. de *Sacrofanct. Eccles.* Anton. Burgens. in cap. *Ut manjue*, n. 9. de *Empt. & vendit.* Alciat. in cap. 1. n. 128. de *Offic. Ordin.* asserens, hanc esse communem opinionem.

(p) Lib. 2. *Variar.* cap. 10. n. 6. Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 8. n. 5.

(q) In cap. *Pratorum*, 2. part. cap. 5. n. 18. Alciat. ubi supr. n. 134.

(r) In leg. 1. tit. 8. lib. 8. *Ordin.*

(s) Ut in cap. *Sententiam, ne cler. vel Monach.* & in cap. *fin. eod. tit.* in 6.

(t) Ut in leg. 2. in fin. & ibi notat Bald. Cod. de *Sport.*

(u) Juxta text. in leg. *Quod senatus*, & in leg. *Prator edixit*, §. *Si dicatur*, ff. de *Instur.*

(x) Ex Aretin. in dict. cap. *De his*, n. 16.

de eodem crimine puniri in foro exteriori, juxt. text. in cap. *Admonere* 33. quaest. 2. verfi. *Quanto magis*: (y) quod procedit, etiam si à crimine absolutus esset per poenitentiam publicam, & solemnem; (z) tamen si Hostiensis Antonius, Imola, & Annania (a) intelligant text. in dict. cap. *Admonere* in poenitentia tantum occulta, quasi velint poenitentiam publicam, & solemnem extinguere crimen, etiam quoad judicium fori exterioris, cum talis publicus poenitens censetur effectus de foro Ecclesiae, ac proinde accusari non posse coram Judice Saeculari, ut probari videtur in cap. *Aliud* 11. quaest. 1. (b) nam text. in dict. cap. *Aliud* non suffragatur Hostiensis, Antonio, & reliquis: agit enim text. ille de *Poenitentibus*, qui olim regulam quandam religionis profitebantur, quae jam exoleta est, cujus religionis meminit text. in cap. de *His* 33. quaest. 2. (c)

54. Adverte etiam circa supradicta, quod in casibus, in quibus Ecclesiasticus cognoscit adversus laicos, non potest propria auctoritate capere bona, & personas eorum; sed debet per censuras Ecclesiasticas adversus eos procedere pro executione suae sententiae, & deinde brachium saeculare invocare, secundum Oldradum; (d) & ita expresse decisum est in leg. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. *Recop.* & in praxi observatur, secundum Julium Clarum. (e) Nec sufficeret, si in aliquo Tribunali Ecclesiastico vigeret consuetudo capiendi bona, & personas laicorum, ut opinatur Baldus, (f) 55. quia talis consuetudo jam hodie sublata est per dict. leg. 15. tit. 1. lib. 4. *Recop.* supradictam tamen resolutionem intellige veram esse, quando apud Judicem Ecclesiasticum adversus laicos procederetur in causis civilibus, vel in criminalibus civiliter intentatis; 56. at verò, quando Ecclesiasticus judicio criminali procederet adversus laicos ad punitionem culpae, tunc bene poterit personas laicorum capere, & in carcerem detruere, ut probat text. in cap. *Attendendum* 17. quaest. 4. & in cap. *contra Idolorum* 26. quaest. 5. (g) & ita in praxi observatur in Tribunali Episcopali Salmantino; nec in hac spe-

Tom. II.

(y) Et firmit glou. fin. in dict. cap. de *His*, & communiter omnes ex Dec. in cap. *Quin diligentiis*, num. 6. de *Elect.* & Covarr. in lib. 2. *Variar.* cap. 10. n. 3.

(z) Secundum Panorm. Aretin. Socin. & Felin. in dict. cap. de *His*. Panorm. in cap. *Tha*, de *Prorvat.* & Anton. Burg. in cap. 2. n. 6. de *Empt. & vendit.*

(a) In dict. cap. de *His*.

(b) Et tradit Aretin. in cap. 2. de *For. comp.*

(c) Et declarat Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 46. n. 18.

(d) In conf. 86. Joan. Andr. & alios communiter ex Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 20. n. 14. Palac. Rub. in *Repet. cap. Per vestras*, §. Sed est pulehra dubitatio 18. Anchar. in cap. *Cum Episcopus*, de *Offic. Ordin.* Felin. in cap.

cie loquuntur, & procedunt praedicta Leges Regiae.

EX TERTIO PRÆLUDIO,

SUMMARIÆ.

1 **C**ausa omnes meri, & mixti imperii possunt delegari jure Pontificio ab Episcopis, & aliis Judicibus Ecclesiasticis, merum, & mixtum imperium habentibus.

2 Delegari non possunt de Jure Civili causa meri, & mixti imperii.

3 Vicarii Generales ab Episcopis in suis Diocesis constituti, Ordinarium, non Delegatam habent jurisdictionem.

4 Appellatio non potest interponi à sententiis Vicariorum Generalium Episcoporum ad ipsos Episcopos.

5 Vicarii foranei Episcoporum delegatam, non ordinariam censetur habere jurisdictionem: unde ad ipsos Episcopos appellari potest.

6 Beneficia conferendi potestas non censetur concessa ab Episcopo ejus Generali Vicario, nisi specialiter, & expressim committatur.

7 Vicarii Generales Episcoporum possunt instituire presentatos à patronis: & Oeconomum Ecclesie patronata vacantis constituere ad fructus percipiendos, si presentatio differatur.

8 Custodia Ecclesie vacantis spectat ad quem institutio ejus pertinet.

9 Vicarius Generalis Episcopi non potest inquirere, corrigere, aut punire, vel privare subditos beneficio, aut administratione, nisi hac specialiter committantur eidem.

10 Vicarius Generalis Episcopi, potest cognoscere de causis requirentibus specialem commissionem, qua sint minores causis specialiter commissis.

11 Vicarius Episcopi non potest inquirere de subditorum criminibus ex generali commissione quoad eorum punitionem, secus ut Episcopo referat.

Xx 2

TER-

Significasti, de *Offic. Deleg.* & ista opinio connumeratur inter communes in 2. Tom. *Commun. Opin.* lib. 9. tit. 4. de *Requiritis reis*, n. 7.

(c) Lib. 5. *Sentent.* §. fin. quaest. 37. n. 8.

(f) In dict. cap. *Significasti*, & *Palac. Rub.* ubi supr. n. 26. Avil. in cap. *Pratorum*, cap. 1. n. 12. & in cap. 20. n. 15. Covarr. in *Pract. Quæst.* cap. 10. n. 2. verfi. *Primum*, & Jul. Clar. ubi supr. n. 8.

(g) Et tradit Roman. in *singul.* 660. Felin. in cap. *Cum sit generale*, n. 20. de *For. comp.* & in dict. cap. *Significasti*, col. fin. Aufer. in *Clem. 1. de Offic. Ordin.* quæst. 5. & Covarr. in dict. cap. 10. n. 2. verfi. *Secundo*.